UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XLII. Bischof Albert von Halberstadt vertauscht an den Erzbischof von Magdeburg Zehnten zu Bornstedt, welche die von Alvensleben zu Lehn trugen, am 13. Januar 1339.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55003

Visual Library

XLII. Biſchof Albert von Halberſtadt vertauſcht an den Erzbiſchof von Magdeburg Zehnten zu Bornſtedt, welche die von Alvensleben zu Lehn trugen, am 13. Januar 1339.

Nos Otto, dei gratia Sancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus — — de communi conſilio — — Hinrici, prepoſiti, Arnoldi, decani, et Capituli Eccleſie noſtre — — proprietatem et directum dominium decime fructuum excreſcentium in villa et campis Gunnenſleue, Halberſtadenſis dioceſis — — prout proprietas et dominium decime ſupradicte, quam honeſti famuli Conradus et Godfridus, dicti Buſchekeſten, a nobis et Eccleſia noſtra predicta habuerunt et tenebant in feudum, ad nos et Eccleſiam noſtram hactenus pertinebant, ex cauſa permutationis donamus — — domino Alberto Halberſtadenſi — — Epiſcopo, ſuo capitulo et eccleſie Halberſtadenſi predicte perpetuis temporibus poſſidenda. — — A qua proprietatem et directum dominium decime fructuum excreſcentium in campis et villa Bornenſtede cum ſuis iuribus, prout decimam huiusmodi famoſus Miles Hinricus de Aluenſleue, Buſſo, Miles, ac Fritzo, famulus, ſui filii, ab eadem Halberſtadenſis Eccleſia in feudum hactenus habuerunt, ex cauſa permutationis eiuſdem eueſtigio dinoſcimur recepiſſe. — Datum Anno domini M°. CCC°. XXXIX°., in die beati Remigii confeſſoris.

Nach dem in dem Landesarchive zu Halberſtadt befindlichen Originale, aus Wohlbrück's Abſchrift.

XLIII. Johann von Alvensleben d. J. verpfändet der Frohnleichnamscapelle vor Schwanebeck einen Obſtgarten, am 14. October 1339.

Ego Joannes, junior, eccleſie Halberſtadenſis dapifer, dictus de Aluenſleue — — recognoſco — — quod cum ſcitu et conſenſu Joannis, fratris mei ſenioris, et omnium verorum heredum ſeu coheredum meorum, pomarium meum cum ſpatio ſibi continuo annexo, quod dicitur perrich, cum omni ſuo jure — — Capelle corporis Chriſti prope Schwanebeck — — obligem pro quatuor marcis uſualis argenti — — adiecto tamen quod ſingulis annis in feſto Dyoniſii predictum pomarium ad me libere reuertatur — — —. Actum et datum Anno Domini M. CCC. XXXIX. fer. IV. poſt diem beate Dyoniſii.

Aus dem Copialbuche des Burchardi-Kloſters, nach Wohlbrück's Abſchrift.